



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

XI. De tempore, loco, contractusque probatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

PUNCTUM X.

De contractu annuo qua ratione ab annuo legato differat.

- 1 Proponitur ratio dubitandi.
- 2 Verissimum est contractum à legato distingui.
- 3 Expenduntur alie differentie ex primo discrimine.
- 4 Annua præstationes, & debita ex ultima voluntate eodem modo, & forma peti & exigi possunt.
- 5 Legatum factum Ecclesie in diem reiterabilem præsumendum est perpetuum.

1 Non caret difficultate qua ratione promissio, seu donatio præstandi quotannis centum Titio, distinguitur à legato, quo hæc centum ipsi relinquuntur, cum utraque obligatio videatur conditionalis esse, vt potè à vita Titij dependens quæ incerta est. *arguuntur leg. cum. Cod. ut actiones ab heredib. & contra hered. incip.*

2 Sed verissima est communis sententia distinguens contractum à legato quam docuit Bart. in leg. si ita stipulatus ff. de verb. obligat. num. 44. & pluribus comprobatur. Anton. Gomez, tit. 2. de contractib. cap. 11. num. 44. & leg. Nam contractus respicit annuam præstationem absolutè & in perpetuum, obligationemque putam simplicem, & absolutam pro omnibus annis futuris inducit. Secus legatum quod solum sub conditione si legatarius vixerit annuam præstationem respicit, & obligationem parit, vt probat lex si Stichum, aut Pamphilum §. stipulatio ff. de verb. obligat. leg. si in singulis ff. de annuis legatis leg. cum in annos ff. quando dies legati cedat. leg. Senatus ff. de Donat. causa mortis. Cuius discriminis ratio est, quia in contractibus obligatio, cuiusque effectus spectatur absolute vltimo contractuum respectu. iuxta leg. quidquid asserenda ff. de verb. obligat. At in legatis merita legatarij, & illius affectio inspicitur. leg. nec alicui ff. pro solto, ac proinde mirum non est, quod legari dispositio conditionalis sit pro annis futuris pendens à legatarij vita, secus vero contractus. Neque obest dicta lex vnica, quæ statuit ex incertitudine temporis vel diei obligationem impediri, quia id verum est cum incertitudo temporis obligationi inducendæ apponitur, secus cum iam inducta ad illius extensionem, durationem, & multiplicationem dirigitur.

3 Ex hoc discrimine quod potissimum est inter contractum, & legatum a iura nascuntur. Vt rectè præ alijs ostendit Anton. Gom. tit. 2. de contractib. cap. 11. numer. 44. Primo contractus annuam præstationem respiciens vnicus est, quia eo puncto quo celebratur perficitur, at legatum multiplex est pro multiplicitate annue præstationis, vt conitat ex dicta leg. Stichum §. stipulatio ff. de verb. oblig. & leg. in singulis ff. de annuis legatis. Secundo, tempore quo celebratur contractus inspicitur habitus creditoris, qui si eo tempore filius familias sit vel seruus, patri, vel domino acquiritur, tamen postmodum sui iuris sit, & libertatem consequatur. Secus in legatis, in quibus quolibet anno legatarij habitus attenditur, eo quod quolibet anno legatum multiplicetur. Vt expressè habetur. leg. cum in annos ff. de annuis legatis. ibi cum in annos legatur plura legata esse placet, & per singula legata ius capiendi inspicitur. leg. si filiusfamilias leg. qua legata ff. de reg. iuris, & alijs congeitis ab Ant. Gom. dicto num. 44. Tertio si lege vel statuto caueatur ex quolibet contractu, & legato deberi gabellam, vnica gabella ex contractu annue præstationis debetur soluenda conductori qui fuerit tempore celebrati contractus; at ex legato singulis annis sua gabella debetur, quia singulis suscepit legatum multiplicationem ex doctrina Bart. in leg. cum Titio ff. Ad leg. Falcid. post. princ. & Bald. in leg. in annualibus. Cod. de leg. Iason. Romani, & aliorum in dicta leg. Stichum §. stipulatio ff. de verb. oblig. Quarto in contractu lapsus cuiuslibet anni constituit debitorem in mora absque aliqua interpellatione, cum sit dies designatus non obligationi inducendæ, sed solutioni faciendæ. leg. 2. Cod. de iure employuico leg. magnam. Cod. de contrahenda, & committit stipulat. & cap. potuit de locato. Contra est in vltimis voluntatibus in quibus singulis annis ob conditionem imbitam quæ tunc purgatur nota obligatio contrahitur, ideoque interpellationem exigit, vt hæret in mora constituitur. Sicuti tradiderunt Paul. de Castr. Alexand. Iason. in dicta leg. Stichum §. stipulatio ff. de verb. obligat. Quinto in contractibus si debitor bona fide per spatium 30. annorum cessauit soluere, præscribitur annuam præstationem, quia cum sit vnica, & indiuisibilis obligatio pro singulis annis à primo anno præscriptio incipit, quæ continuata per 30. annos integram constituit præscriptionem. Secus est in vltimis voluntatibus, quæ singulis annis suam distinctam obligationem inducunt, ac proinde præscripta obligatione, & præstatione vnus anni non præscribuntur reliquæ, vt late probat Anton. Gom. vbi supra, & contrariis respondet. Sexto in contractibus annue præstationis actio, & obligatio ad hæredes transmittitur, quia est vnica, & perfecta Vti probat lex Ferd. de Castro, de iust. & iur.

Stichum §. stipulatio ista ff. de verb. obligat. vbi asseritur obligationem annue præstationis perpetuam esse. Excepit nisi ex circumstantiis conciperetur solum ad vitam vel pro aliquo tempore determinato promissionem factam esse. Vti si fieret in alimenta, quæ ex sui natura ad hæredes non transmittuntur. leg. cum bi §. modus ff. de Transactionib. vel fieret ob causam, vel sub modo à solo creditore præstando. Vt si promitterentur annue præstationes aduocato, medico ob sui officij exercitium. At in vltimis voluntatibus sola obligatio primæ præstationis vt potè pura, & absoluta ad hæredes transmittitur, reliquæ verò quia conditionales sunt morte legatarij finiuntur. Vti habetur. leg. si in singulos ff. de annuis legatis.

Conueniunt tamen annue præstationes ex contractu debite cum debitis ex vltima voluntate quoad modum, & formam quo peti, & exigi possunt. Nam sicut annue præstationes ex contractu debite possunt exigi & peti, vt adueniente termino soluantur. sic peti poterunt annue præstationes ex vltima voluntate debite; nam esto debite non sint quouisque dies cedat, declarari tamen potest debendas esse si dies cesserit. Neque obest iudicium institui non posse super ius futurum. ex leg. non quem admodum ff. de iudicijs, & l. g. 1. §. socius de usuris. Nam hoc verissimum est, cum iudicium primo, & per se iuri futuro nititur. Secus vero si iuri præsentis nitatur, & in consequentiam iuri futuro, vt in annuis præstationibus ex testamento pronouentibus contingit, quarum actio, & obligatio pro presenti anno pura est & perfecta, & ipsi iudicium primo & per se nititur, reliquis verò præstationibus sequentibus annis soluendis nititur in consequentiam.

Ad extremum aduertit Anton. Gomez, dicto cap. 11. n. 48. promissionem, seu legatum factum Ecclesie, ciuitati, vel personæ priuæ alicuius quantatis in diem reiterabilem, vt in diem sancti Ioannis, præsumi debere non finire primo die sancti Ioannis, sed esse perpetuum, & in singulis annis multiplicandum. Vt constat ex leg. cum quidem ff. de annuis legat. nisi forte ex verbis expressis, aliiue circumstantiis contrarium colligatur. Solum legatum vlti fructus ciuitati vel ecclesie relictum, centum annorum spatio finitur ex leg. si usufructus ff. de usufructu legato. reliqua verò in infinitum esse possunt. Vt aduertit Andr. Fachin. lib. 4. controu. cap. 100. circa finem.

PUNCTUM XI.

De tempore, loco, contractusque probatione.

- 1 Diebus festiuis contractus emptionis, & venditionis prohibentur.
- 2 Contractus celebrandus est iuxta consuetudinem, & statuta loci in quo celebratur.
- 3 Testibus, & scriptura probari contractus potest.
- 4 Proponitur excipienti compare onus probandi solemnitate in contractu defuisse.
- 5 Approbatur Ant. Gom. distinctio.
- 6 Solemnitas extrinseca non præsumitur, sed ab actore probanda.
- 7 Fide tabellionis prefata solemnitas probatur.

1 Quoad tempus atinet emptiones, venditiones, alique similes contractus diebus festiuis prohibentur ex cap. fin. de foris. Quouique autem hæc prohibicio extendatur, & quibus in euentibus temperetur diximus. 2. p. tract. 9. de obseruat. ff. de for. p. 5.

2 Si de loco loquamur recepta sententia est ferè omnium doctorum Bart. in leg. 1. ver. vidimus. Cod. de summa Trinit. num. 14. ibi Bald. num. 20. Iason. in 2. lectura num. 36. Abbatis cap. 1. de sponsalib. numer. 10. Gregor. Lopez, leg. 5. tit. 1. par. 1. Sanch. lib. 3. de matrim. disputat. 18. numer. 19. & aliorum quos ipsi referunt, contractum sive ab incolis, siue à forensibus, & peregrinis celebrandum esse iuxta leges, & consuetudinem loci in quo contractus initur. Sicuti decium est leg. si fundus 6. ff. de emptionib. ibi. Si fundus venierit ex consuetudine eius regionis in qua negotium gestum est pro emptione caueti oportet. Eaque de causa cenent Bart. ad leg. nemo est, ff. de duobus reis Syluest. verbo contractus quest. 8. Sanch. numer. 10. contractum interpretandum esse gestum iuxta loci leges & consuetudinem. Vt probat lex quod si nolit §. quia asiana ff. de aduicio edito. Quapropter forenses vendentes triticum in Hispania, obligati sunt eius pragmaticam seruare, quia illud est pretium iustum, eo in loco ad cuius obseruationem in suis contractibus tenentur. Vti considerauit Ioann. Medina. Cod. de resit. quest. 36. §. dubitaret aliquis Mexia pragmat panis conclus. 5. num. 78. Sanch. de matrim. lib. 3. disput. 18. numer. 13. Deinde obligantur soluere gabellam contractibus eo in loco celebratis impositam, quia solutio gabellæ est accessoria contractus & notauit Bald. leg. 1. num. 3. & 4. Cod. de contrahenda emp. Bertachin. in refferorio lib. G. verbo gabella per quos soluat. Syluest. gabella 3. quest. 5. num. 13. Armilla ibi num.

11. Ioann. Medina de reſtitut. quaest. 15. §. cum in his Sanch. diſp. 18. num. 12. Ab hac regula vnicui contractus dotis excipitur, quia iuxta leges, & conſuetudinem loci in quo vir domicilium haber celebrandus eſt ex leg. exigere ff. de iudicis. Sicuti notatur Bart. leg. 1. num. 17. Cod. de ſumma Trinit & ibi Fulgos num. 18. Iafon. num. 9. Simancas de catholic. inſtit. tit. 9. num. 142. & ſeqq. Sanch. d. diſp. 18. num. 1.

3. Quod ſi de probatione contractus fermo ſit duplici via probari poteſt, ſcriptura, & teſtibus. Si contractus ad ſui conſtitutionem ſcripturam publicam requirit, ea oſtendenda eſt, quod ſi id fieri non poſſit quia eſt amiſſa, teſtes deponere debent interueniſſe. Si vero contractus non indiget ſcriptura, ſed ſola conuentione partium perficitur. Si ſcriptura publicae mandatus eſt, ea exhibitae ſufficienter probatur, ſin minus duplici ſaltem teſte eſt comprobandus.

4. Sed quia contingere poteſt exigentem debitum probare contractum interueniſſe, excipi tamen ab aduerſario ob ſolemnitatis defectum, dubium eſt cui incumbat probatio adfuſiſſe ſolemnitatem requiſitam? videtur namque excipienti id ſemper incumbere, eo quod in fauorem actoris ſtat praſumptio, cum actus ſemper praſumatur factus ſecundum ſui naturam, vt late probat Menoch. lib. 6. de praſumpt. 10. Neque enim quis praſumi debet viam eligere quia ſua diſpoſitio corruat. Vt dicitur leg. 3. ff. de miliari teſtamento, receptaque ferè eſt omnium ſententia teſte Menoch. lib. 6. praſumpt. 4. eam praſumptionem ſumendam eſſe ex qua actus ſubſiſtat, non ex qua percat. Vt dicitur leg. quous 2. ff. de reor. dubis leg. quous ff. de verbor. ſignificat.

5. Ceterum placet diſtinctio quam pluribus relatis docet Anton. Gomez. tit. 2. variar. reſolut. cap. 11. num. 17. Speſtandum eſſe quae ſolemnitas allegetur deficere. Si enim ſit ſolemnitas actui intrinſeca vt eſt quae ex natura & ſignificatione verborum prolatorum concipitur, haec ſemper veniſſe praſumitur, dum contrarium non probatur manifeſte, vt dicitur lex, ſeuſdem, & ibi Bart. Bald. Paul. Alberic. & alii ff. de verborum ſignificat. leg. 1. Cod. de contr. vendit. & committend. ſtipular. leg. iuris gentium §. quod ſero ff. de pactis & §. ſi ſcriptum inſtit. de iur. lib. ſtipular. & §. ſi inſtit. de ſid. in ſcrib. Quod Ant. Gom. plures referens dicto n. 17. circa medium, cenſet intelligendum eſſe de ſolemnitate non materiali, ſed formali, quae vt dixi ex verbis ipſius contractus, & ex earum ſignificatione concipitur. Secus vero ſi ex his ea ſolemnitas non ſignificetur, tamenſi plerumque comprehendatur. Exemplum adhibet in contractu venditionis, non enim probata venditione probatur pretium interueniſſe, quia pretium non eſt firmum, ſed pro qualitate rei, & conuentionis variatur. Tum & praecipue quia ſtare optime poteſt venditio quin pretium conceſſum ſit, tamenſi de eo fuerit conſentum. Non igitur praſumi debet, ſed probari ab aduerſario cui directe excipitur, quique ſuam intentionem fundat in contractus valore. leg. 1. ff. de contrahenda empta. leg. 2. ff. locatis §. 1. & §. precium inſtit. de empta. & vendit.

6. Si vero ſolemnitas extrinſeca ſit nequaquam praſumenda eſt, ſed probanda ab actore debitum exigente, quia eſt ſuae intentionis fundamentum. Eaque de cauſa in contractu minoris non praſumitur tutoris vel iudicis autoritatem interueniſſe. Vt dicitur lex quacumque §. ſin. ff. de publicianis, & leg. ſin. Cod. de fidei commiſſis. Neque in contractibus mulieris coniugatae adfuſiſſe viri licentiam, aut in eius fideiuſſione enunciaſſe Velleiano, aut certioratam fuiſſe. Neque teſtes teſtamenti rogatos eſſe, neque cum de aliquo teſtificauerit iuramentum praſtiſſe. Sed haec omnia probanda ſunt, vt poteſt ſolemnitates extrinſeca actui ab extrinſeco aduenientes.

7. Probatum autem praedicta ſolemnitas extrinſeca, & à fortiiori intrinſeca materialis, ſi tabellio illius fidem in instrumento dederit iuxta leg. 1. Cod. de fidei instrumentor. & iure ſubſtaſtens lib. 10. vbi Gloſſ. ordinaria, Bart. Bald. & alii. Inducitur autem illius ſufficiens praſumptio, ita vt in excipientem tranſferat probandi onus ex longis temporis poſſeſſione. Haec enim praſumptionem inducit omnia requiſita actui adfuſiſſe. Vt colligitur aperte ex leg. ſi filius ſamitas. Cod. de perit hereditatis, leg. in alieno §. 1. ff. de acquir. heredit. & ibi Bald. Iafon. & Arctin. & pluribus exornat Anton. Gomez. d. cap. 12. num. 17. in fine.

PUNCTUM XII.

Qualiter contractus ex metu, dolo, vel incertitudine in firmetur, & iuramento roborentur?

- 1 De his late alibi eſt actum.
- 2 Ex triplici capite incertitudo deſumitur.
- 3 Incertitudo ex parte eius in cuius fauorem ſit diſpoſitio, vitiat diſpoſitionem.
- 4 Ex parte obiecti ſi non agnoſcitur quid fuerit legatum diſpoſitio vitiat.
- 5 Primo vitiat ſi incertitudo fuerit quoad numerum, & quantitatem.

- 6 Si nullum terminum habeat.
- 7 Si ſumma varietatem recipiat.
- 8 Ex incertitudine & indiuiduo dimmodo ſpecieſ certaſe non vitiat legatum.
- 9 Proponitur diſſicultas non valere, diſpoſitionem qua patet vnum ex ſiſis melioraret non expriment. an in termino vel in quinto, vel in vtroque ſimil.
- 10 Valida eſt haec diſpoſitio.
- 11 Ex eo quod Titio legentur alimenta, neque deterruitur quod ſunt, non vitiat legatum.
- 12 Neque remiſſio ſalarij aduocato, medico, chirurgo.

Acta de his diſputatio inſtituenda erat, niſi in ſuperioribus tractatibus pio tenuitate noſtra actum eſſet. Etenim tract. 4. de pecc. diſp. 2. p. 7. & ſeq. late egimus qualiter metus tum grauis, tum leuis contractum irritet tam iure nature quam poſitiuo. tract. vero 14. de iur. diſp. 2. punct. 1. explicamus quomodo pacto error, & dolo contractus iniſtito reddant. Et in eodem diſp. punct. 9. latam diſputationem inſtitui quo pacto momentum vim habere confirmandi contractus atque in validos, ideoque de his cenſui ſuperſedendum. Quapropter in praſenti ſolum ſuperſt agendum de incertitudine quo, vtque contractum vitiet.

Ex triplici capite incertitudo ſumi poteſt. Primo ex forma diſpoſitionis. Secundo ex parte eius in cuius fauorem ſit. Tertio ex diſpoſitionis obiecto. Si forma diſpoſitionis incerta, & dubia ſit eo quod obligationem non laſis exprimat, contractus, vitiat, quae diſpoſitio vitiat. Vt dicitur aperte in Antiquo, ſi quomodo ver. ſi autem Cod. de conſtituta peccunia ibi. Si autem dixerit, ſatisſit verbo imperſonaliter prolato non tenetur, & notat, ibi, Bart. Bald. Angel. Alberic. Paul. quos reſert, & ſequitur Anton. Gomez. de contractibus. cap. 11. num. 7. Cum enim obligatio ex voluntate diſponentis ortum habere debeat non eſt cenſendus diſponens ſe obligatione attingere quia ſelle obligare ſatis expriment, maxime cum obligatio itaſum interpretacionem accipiat.

Si vero incertitudo ſit ex parte eius in cuius fauorem diſpoſitio ſit. Vt ſi promittas, vel leges rem Titio abſque eo quod exprimas quis ſit, cum tamen de duobus vel pluribus eo nomine inſignitis intelligi poſſit, communis ſententia defendit diſpoſitionem vitari. Vt colligitur leg. 2. vultus 2. leg. ſi fuerit leg. ſi quis de pluribus ff. de rebus dubis leg. heres palam ff. de reſtament. leg. inuenis eodem tit. & alijs conſentis ab Anton. Gomez. d. cap. 11. num. 8. concluſ. 6. Etenim cum ea diſpoſitio mandari non poſſit executioni ob incertitudinem perſone nominatae perire cenſenda eſt. Quod ſi dicas cum rem quam poſſides agnoſcis alienam eſſe, necis tamen cui ex duobus, vel tribus competat, inter ipſos teneris diuidere, quia quilibet in cubum habet ad rem illam poſſidendum quo priuati non debet. At facta diſpoſitione ea hereditas vel legatum alicui ex illis hominibus qui Titij nomen habent debetur, ergo inter illos erit diuidenda. Reſpondeo nemini ex illis legatum, ſeu hereditatem deberi, quia debitum contrahendum erat ratione diſpoſitionis quae ob incertitudinem nulla eſt; non enim diſponens voluit pluribus legatum, ſeu hereditatem concedi. Sed vni tantum quod cum non poterit conſequeſi eius diſpoſitio perit. Etenim euenit cum res vna ſit ex aliquibus tamenſi ignoretur quiſnam ſit.

Ex parte obiecti, ſecuri diſpoſitae vitatur diſpoſitio ſi agnoſci nequit, quid fuerit legatum. Quia ſtante ea incertitudine non poteſt diſpoſitio executioni mandari. Hoc autem multiplicitate contingit.

Primo in his quae ponderis, numero, vel menſura conſiſtunt. Vt eſt triticum, vinum, oleum. Si haec ita diſponas, vt colligi non poſſit in vna quantitate, vel numero diſpoſitio ſit, diſpoſitio vitatur. Sicuti definitur leg. ſi ſtipulatur. leg. triticum leg. vbi autem non apparet ff. de verbo. obligat. leg. ſi ſi §. 1. ff. de legat. 1. Neque obest textus in leg. quidam heredes ff. de iuris iur. & oleo legato. vbi ſi testator legauit uxori triticum, vinum, oleum vel quid ſimile, cenſetur legatum quod fuerit in ſuis bonis: quia ex modo legandi ſatis indicatur legiſſe totam quam in ſuis bonis habebat, eo quod vltus fuerit ſigno vniuerſali, vel indefinite propoſitione. Vt explicat Ant. Gom. d. c. 11. num. 9. Ceter. leg. 23. tit. 9. par. 6. Gloſſ. 1.

Secundo vitatur diſpoſitio ſi rem leges vel promittas quae quoque à natura, neque ex hominum lege certos terminos habet. Vt ſi promitteres fundum ruſticum nulla demonſtracione facta, vnicuique namque palmo terrae ſatisfacere promiſſioni poſſes. Vt habetur leg. ira ſtipulatur. verſ. dari non adicitur nomine, & leg. vbi autem non apparet ff. de verbor. obligat. & leg. cum poſt §. gener. ff. de iure dotium. Excipe niſi forte haberes fundum, vel fundos ruſticos ſuis ſignis, & conſiſtens diſtinctos, & determinatatos, quia ſatis probabile eſt eo caſu te velle concedere aliquem illorum quem tu vel tuus heres elegeris, tua diſpoſitio fruſtranea & irritoria fuerit. argum. leg. ſi demus ff. de legat. 1. vbi id docuit Alber. col. 6. & 20. Paul. de Culti. col. 3. Alex. n. 15. Iafon. circa finem.

Tertio eſto res ex hominum facto aliquos terminos habet.